Henricus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus

Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Kiowiæ, Volhiniæ, Podlachiæ, Liuoniæ, etc. Nec non Dux Andium, Borboniorum, Aluernorum, Comes Marchiæ
Foresti, Quercij, Rouergij, Montisfortij etc. Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singulis harum notitiam habituris, Quia nos pro eo studio quo in augendũ
cultum diuinum propendemus, compatientes etiam calamitati et solatioñ Monasterij et Conuentus fratrum ordinis prædicatorũ Ecclesiæ Sancti Michaelis in Ciuitate nostra Bre-
sten sitti, in quam Annis proxime transactis per Contagionem pestiferi Aeris illic seuientem deuenit. Prouidereq et prospicere volentes ne illis in hac eorum calamitate afflictis maior af-
flictio addatur exhibeaturq, negocium et difficultas aliqua in possessione libera et pacifica Molendini nostri Sießtrsechowskij dicti per olim Serenissimos Wladislaum et Casimirum Po-
loniæ Reges Prædecessores nostros eidem Monasterio in certis peccuniarum Summis obligati, Idq propter clausulam et conditionem in Priuilegio Serenissimi olim Wladislai Re-
gis de redimendo per eum aut Successores eius Reges Poloniæ pecunia propria Regia hoc ipso Molendino reseruatam, Volentesq vt Monasterium hoc ex calamitate prædicta aliquantũ
respirare possit, cauendum et prospiciendum Priori et conuentui Monasterij huius nunc et pro tempore existenti esse duximus Quemadmodum cauemus et prospicimus ac verbo nostro
Regio prommittimus et spondemus hisce litteris nostris, Quod quamdiu nos Deus Optimus maximus in hac vita superstites esse et Regno huic feliciter præesse voluerit, non modo alicui per-
sonarum cuiuscumq status dignitatis sexus et conditionis existat consensum nostrum ad eximendum Molendinum præfatum de manibus prædictorum fratrum non dabimus. Sed
et nec nos ipsi hoc idem Molendinum de manibus ipsorum etiam propria nostra pecunia ad vllum Fisci, mensæ, Coquinæ, stabuli, aut aliquem alium nostrum et Reipublicæ [illegible]um ac necessita-
tem redimemus. Verum eos in quieta et pacifica possessione et vsu fructu libero molendini præfati sine quouis tam nostro quam cuiuscumq alterius impedimento et contradictione ad extre-
ma vsq vitæ nostræ tempora Secundum iura eorum conseruabimus. In cuius rei fidem et testimonium Sigilum maius Regni nostri præsentibus est appensum Datum Cracouiæ In Con-
uentu Regni Generali fœlicis Coronationis nostræ Feria Sexta ante Dominicam Palmarum proxima Anno Domini Milessimo Quingentessimo Septuagessimo Quarto Regni vero nostri Anno Primo

Valerij [illegible]
R P Canc s[illegible]

R Ma

1574

[illegible] [illegible] privilegium de [illegible]
[illegible] molendino Wolski

No 13.

Sygn. B. 7. 9/64

Dypl. Perg. 415

Wolskj